



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, 1680

21. An in dubio, an foetus sit animatus, quis censendus sit irregularis? Et
quid est dicendum quoad alias poenas annexas irregularitati, qualis est
privatio Officij, & beneficij, & inhabilitatis ad hæc ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76372](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76372)

versiohem 70. dicitur, (qui percussit mulierem prægnantem, & illa abortum fecerit, si foetus erat formatus dabit animam pro anima: si nondum erat formatus multabitur pecunia.) Quibus verbis aperte insinuat foetum habere animam simulatque fuerit formatus, idemque Medici ipsi docent. Formatio verò foetus ex Hippocrate lib. de natura foetus, in maribus absoluitur aliquando die 30. aliquando 35. aliquando 40. aliquando 45. Formatio verò foeminae absoluitur aliquando 35. aliquando 40. aliquando 45. & aliquando 50. Ratio autem cur foetus non formetur eodem tempore in omnibus provenit ex caliditate, vel frigiditate matris. Ita Mazuchellus.

3. Sed cum Aristoteles lib. 7. de Animal. c. 3. Plinius lib. 7. c. 6. & alij docent mares animari die 40. à conceptu, foeminas verò die 80. & aliquando 90. Existimo non esse recedendum ab hac opinione, cum magis favoreat penitentibus. Et ideo illam docet Layman, lib. 3. tract. 3. p. 3. c. 4. n. 3. Marchinus de Sacram. Ordinis tr. 1. p. 9. c. 3. n. 7. Trullench in Decal. tom. 2. lib. 5. c. 1. dub. 4. n. 2. Molina de Iust. tom. 3. tract. 3. disp. 27. n. 1. Megala in Prompt. tom. 1. ver. Abortus, n. 1. Coriolanus de cas. reser. p. 2. cas. 6. n. 4. Quaranta in sum. null. ver. Abortus, n. 3. Scottia in Bullis Pontif. Theorem. 376. & Naldus in sum. ver. Abortus, p. 2. ubi sic ait: Abortum post 40. dies in masculo, in foemina post 80. animatum esse animal rationali tradunt omnes. In dubio autem, id est, non confitio, sit ne masculus, an foemina, tunc censetur esse masculus, & sic animatus anima rationali: ita servat sacra Pœnitentiaria. Ita ille, cui adde Machadum de Perfecto Confess. tom. 1. lib. 2. par. 3. tract. 17. docum. 8. num. 2. & Bordonum in Consil. Regul. tom. 1. resol. 45. q. 2. num. 2.

4. Non desinam tamen hic adnotare quod recentissime Thom. Fienus lib. de vi formatrice foetus, edito an. 1260. q. 8. concl. 11. putat animari foetum anima rationali tertia ad summum die à feminis conceptione, suamque sententiam plurimis probat argumentis. Sed nolo ingerere scrupulos; idè à communi sententia non est recedendum: igitur qui ante quadraginta dies procuravit abortum, non est censendus irregularis, neque in pœnas Bullæ Sixti V. incurrisse dicendum est, juxta Constitutionem Gregorij XIV. Et si dubitetur si masculus sit, vel foemina, foetum præsumendum est esse animatum post 40. dies.

RESOL. XX.

An qui facit abortum sit irregularis, si dubitat de animatione foetus: Ex p. 4. tr. 2. Ref. 16.

Sup. hoc in §. 1. **A**ffirmativam sententiam docent communiter DD. quos citat, & sequitur Merolla ult. ref. 16. & in disputat. Theolog. tom. 1. disputat. 3. cap. 3. num. 237. Sayrus libro 6. cap. 15. num. 9. Sotus in 4. dist. 25. q. 1. tr. 5. ex lata art. 3. conclus. 4. Barbosa in collect. tom. 2. lib. 5. tit. 12. & subtili doctrina Ref. 119. Itaque Sanchez in summa tom. 1. libro 1. cap. 10. numero 43. à lin. 8. & quia in tali casu, qui præbuit causam abortus, est verus. Ex his dubius an sit homicida; ergo censendus est irregularis lege eam laris.

2. Sed contrariam sententiam tenet doctus Emanuel de Moura opuscul. de ensal. & incans. sect. 3. cap. 1. num. 27. ubi sic ait: Non incurrit irregularitatem ille, qui cum certus sit iniquè se concurrisse ad abortum, dubitat verò an proles per abortum occisa fuerit jam animata anima rationali. Ita ille, & post illum novissimè docet hanc sententiam ex Theologis Societatis Iesu Ioannes Præpositus insignis Theologus in suis comment. ad 3. part. D. Thom. quest. 5. de irregular.

dub. 8. num. 58. ubi si asserit: Incurrit irregularitatem si quis post foetum & animationem procurat abortum; peti verò potest quid sit censendum, si dubitet de animatione foetus? Respondeo si adhibita diligentia verè remaneat dubium, non videri irregularitatem homicidio sit appolita, cum dubitetur nam hic & nunc commissum sit homicidium, neque etiam ex eo quod in dubio homicidij aliquis debeat se habere tanquam irregularem, quia si bene perpendatur jura id statuente, advertetur ea non comprehendere præsentem casum, cum omnia supponant subjectum capax mortis: nam aguar, quando constat de morte alicui illata, & dubium est à quo ex variis concurrentibus sit illata, quo casu decernitur eos, de quibus dubitatur, habendos irregulares. In præsentem verò casu dubium versatur circa conditionem subjecti, an scilicet viveret necne; unde dispositio juris non intelligitur de nostro casu, & proinde non satis constat an in præsentem casu irregularitas jure sit illata, & per consequens non est dicenda incurri. Ita Præpositus; & hanc sententiam videtur approbare Gomez de delictis, cap. 3. in rubr. de homicidio, num. 3. in fine, & Baldardus in addit. ad Iul. Clar. quest. 68. numero 9. ubi tenet, quod in dubio foetus præsumi debet inanimatus: hæc opinio est probabilis, verum ne discedas à prima opinione tanquam probabiliori, quam præter DD. citatos tenet Farinacius in fragment. crimin. part. 2. numero 444.

RESOL. XXI.

An in dubio, an factus sit animatus, quis censendus sit irregularis?

Et quid est dicendum quoad alias pœnas annexas irregularitati, qualis est privatio officij, & beneficij, & inhabilitatis ad hac duo? Ex p. 7. tr. 5. Ref. 24.

§. 1. **A**D hoc dubium affirmativè respondet Iacobus Brulius in Resol. de cas. reser. dub. 11. sect. 3. num. 86. ubi sic ait: Petes, quid iudicandum est dubium fueritne foetus animatus, an non, incidere in casum reservatum, & alias pœnas procurans vel consulens abortum? Respondetur primo in foro civili, ubi de imponenda pœna agitur, debet interpretatio fieri in miorem partem, ac iudicandum est non fuisse animatum, l. interpretatioms, ff. de pœnis, ubi dicitur interpretatione legum pœnae mollienda sunt potius, quam asperanda. Et hoc nomine secundum Iulium Capitolinum laudatus fuit M. Antonius Philosphus, cui mos erat, ut omnia crimina minori supplicio, quam legibus plecti solent, puniret.

2. Respondetur secundò in foro tamen conscientie, talis debet se tenere tanquam homicidam, tanquam obnoxium reservationi, tanquam excommunicatum & irregularem, ac proinde abstinere debet à Ministerio altaris. Probatur ex celebri illa regula juris. In dubijs ruior pars est eligenda, quam tradunt Pontifices, in cap. ad audientiam, cap. significasti. 1. & 2. de homicidio, cap. Ivoenis, de sponsal. Quam regulam multum quidem volunt habere tantum locum in dubio facti, non verò in dubio juris. Basilios tamen Legion. l. 10. non verò in dubio juris. Basilios tamen Legion. l. 10. de matrim. cap. 16. cum Vasquez, & aliis, quos citat, probat ex rationis aequalitate, regulam illam esse intelligendam tam de dubio juris, quam de dubio facti. Quidquid sit, hoc loco locum habet; cum non sit dubium juris, sed facti. Hucusque Brulius cum DD. quos citat, & sequitur Scottia, in Bulla Pontif. Theorem. 388. quam doctrinam ipse intelligit quantum ad ordi-

RESOL. XXII.

An in dubio utrum factus sit animatus, procedat non solum quoad irregularitatem, sed etiam quoad penas: Ex p. 7. 15. 5. Ref. 25.

§. 1. **R**espondeo procedere tantum quoad penam irregularitatis, non autem quoad alias penas; & ita docet Sanchez in summ. tom. 1. lib. 1. cap. 10. n. 43. & 44. Barbosa de potest. Episcop. part. 3. Alleg. 51. num. 138. Farinac. q. 122. num. 138. quibus adde Fagund. in Decalog. tom. 1. lib. 2. cap. 10. num. 15. ubi sic ait: Hæc autem pœna irregularitatis, quam incurrit ille, qui causam abortui præbet in dubio, an factus sit animatus, intelligenda est solum de privatione quoad suscipiendos ordines, & in illis jam susceptis ministrandi; has enim privationes intrinsecè includit irregularitas, secus verò quoad alias pœnas, quæ à iudice imponi solent pro contracta irregularitate; qualis est privatio beneficiorum, & alie similes: & ratio est, quia pœna ordinaria statuta delicto certo, non est imponenda delicto dubio; sed extraordinaria arbitrio iudicis pro dubij qualitate. Ita ille, qui citat Vasquez, Suarez, Salas, Sayrum, & alios.

RESOL. XXIII.

An si quis procuraverit abortum factus animatus, sed dubitatur de effectu subsequuto; vel an mulier sit nota ad abortum ex consilio ei præbito, vel a seipsa, censendus sit irregularis?

Et an in supradicto casu possit stare dicto persone fide digna, cui datum est consilium, si dicat non fuisse ab eo notam?

Et idem dicendum est de illo, qui dedit consilium, vel mandatum ad delictum, ut ad homicidium, vel Clerici percussorem, &c. Ex p. 7. 11. 5. Ref. 26.

§. 1. **A**d hoc dubium sic respondet P. Thesaur. in Praxi par. 1. cap. 16. In dubio facti de homicidio, vel abortu, si quis applicavit media salubilia ad procurandum abortum, vel homicidium, v. g. si solum mandavit, vel consuluit, vel si prægnanti fecit venæ sectionem sanguinem emitti, & postea non potest certiorari, an res habuerit effectum; tunc in dubio non est censendus irregularis, quia non proceditur contra quendam ad pœnas nisi constet de corpore delicti l. 1. §. item illud sciendum, ff. ad Syllan. Ofach. decis. Pedem. 42. Menoch. de arbitr. cas. 45. 2. n. 20. & procedit tam pro foro externo, quam interno Sanch. loc. cit. in Decalog. 6. 10. n. 44. lib. 1. Navar. cons. 47. de homic. Quaranta ver. Abortus, §. nota per hanc. Barbosa alleg. 51. n. 1. 9. Si autem applicata fuerint media efficacia, & communiter effectum trahentia debet iudicari, & irregularitatem, & alias pœnas juris incurrisse, ut Navar. ibi. Quia licet facta in dubio non præsumatur falli, quando sunt solita fieri: ut l. ult. C. de fide instrum. Mascard. concl. 732. n. 5. & 7.

2. Secundò, si constat de corpore seu materia delicti, sed dubitatur quis, an habuerit sufficientem advertentiam tunc in dubio censeri debet pœnas juris incurrisse: quia licet in actibus internis faciliè præsumi possit subreptio, & inadvertentia, non autem in actibus externis graviter malis, quia actus externi ex natura sua cum sint valde sensibiles, & non momentanei, solent excitare mentem ad sui considerationem; & quia membra externa non moventur, nisi per rationem superiorem. Ita Less. lib. 2. c. 7. n. 19. cum S. Thoma.

B b 3

3. Tertiò,

num susceptionem, & administrationem quam intrinsecè includit irregularitas. Secus verò quoad alias pœnas quæ à iudice solent imponi pro contracta irregularitate, ut beneficiorum privationem, & similes, cum pœna statuta delicto certo non sit imponenda delicto dubio, sed extraordinaria pro qualitate dubij. Vnde Novarius in summ. Bull. 10. 2. tit. de Abortu, n. 20. sic ait: Amplia quintò ut in dubio an factus fuerit animatus, vel inanimatus, debet Clericus se reputare irregularem, Sanch. in libro 1. Decalog. cap. 10. num. 43. Vnde si ex signis materiæ ejectæ, vel ex die coitus, vel aliunde id non possit deprehendi, ita ut excludatur omnis dubitatio, stante dubio de animatione factus, debet se reputare irregularem, solum quoad ordines non recipiendos, vel in illis non ministrandum; hæc enim duo non potest admittere, seu facere, quoniam hæc duo intrinsecè, & clarè includuntur in irregularitate; At iste irregularis non tenetur se reputare irregularem quoad alias pœnas annexas irregularitati, qualis est privatio officij, & beneficij, & inhabilitas ad hæc duo: nam pœna ordinaria statuta delicto certo non est imponenda delicto dubio, sed extraordinaria pro dubio; imponitur verò irregularitas etiam delicto homicidij dubij. Ita Sanch. loc. cit. num. 45. ubi num. 4. ponit exemplum de eo, qui dubitat, an consilium à se datum fuerit causâ homicidij, vel abortus, eo quòd facta diligentia, manet dubius adhuc, an alter habuerit animum faciendi etiam absque illo consilio, & resoluit stante tali dubio, debere se reputare irregularem modo supradicto. Hæc omnia Novarius.

3. Sed pro negativa sententia ego adduxi in part. 4. r. 2. ref. 16. Mouram, Præpositum & alios. Vnde novissimè Machadus de Perfecto Confessario tom. 1. lib. 2. part. 3. tr. 17. docum. 10. num. 3. sic ait: [La segunda Question es, si el que esta con duda, si la criatura que por su causa se aborta, estava animada, ò ne se deve tener por irregular? La mas comun y recibida opinion es, que si; fundase en que el que fue causa del aborto, esta con duda de si cometido, ò no homicidio, y en caso de tal duda, expressemente esta dispuesto por el derecho Canonico, que se deva tener por irregular. No obstante, que la contraria opinion defenden Doctores, de no poca autoridad: el fundamento que tienen es, porque por sola razon de duda no queda irregular el que aviendo hecho de su parte lo que buenamente pudo, para salir de la duda, se quedò toda via con ella. Ni tam poco el tal queda irregular por la disposicion del Derecho referida, que ordena, que en el homicidio se deva tener por irregular el que estuviere dudoso, si le cometio, ò no; porque si bien se consideran los dichos textos, no comprehenden este caso, pues presuponen el sugeto capaz de muerte; y assi la duda entonces no viene à ser sobre si era vivo, ò no el sugeto, sino de si le matò, o no el que està dudoso. Mas la duda de si la criatura estava animada, ò no, es acerca de la condicion del sugeto: conviene à saber si estava vivo, ò no, con que viene à ser, que ya la irregularidad dispuesta por el Derecho en caso de duda del homicidio cometido, no aya lugar en la duda, de si la criatura estava animada ò no; por ser principio, que el mismo Derecho nos enseña, que la irregularidad, que no estuviere expresse en el, no se deve admitir.] Hucusque Machadus.

4. Verum affirmativa sententia est communis, quam me citato tenet novissimè Barbosa de Potest. Episcop. part. 3. Alleg. 51. num. 141. & Baupius in Theolog. Mor. tom. 2. tr. 11. q. 32. quibus etiam adde Molin. de Iust. tom. 3. disp. 27. n. 4. Megalium in Prompt. tom. 1. ver. Abortus, n. 3. Coriolanum de Cas. reserv. par. 2. Cas. 6. n. 3. Calsensem in Cursu Theol. tom. 2. tr. 25. disp. 5. sect. 8. n. 54. & Avil. de Cens. part. 7. disp. 2. dub. 5.

Tom. V.